



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CLXVIII. De Secunda Castri Bartenstein destructione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teuton.

Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Prov. Prussiae.

ab hostibus propulsati. Et ut verum fatear in eis fuit impletum, quod de Judæis volentibus civitatem sanctam Jerusalem reædificare, gentibus ex adverso renitentibus, dicitur, quod media pars eorum faciebat opus, & altera tenebat lanceas ab ascensiū auroræ, donec egredierentur astra, unā manu faciebant opus, & altera tenebant gladium. Sed hi DEI ministri, ut docet Apostolus, in his omnibus tribulationibus, necessitatibus, angustiis, plagiis, carceribus, seditionibus, laboribus, vigiliis & Jejuniis, in multa patientia quasi morientes vixerunt; quasi tristes, semper autem gaudentes fuerunt. Obsecro ergo eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter diversos casus; sed reputent ea, quæ acciderunt, non ad interitum sed ad correctionem generis esse nostri. Et enim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiōes adhibere magni beneficii est indicium. Non enim sicut in aliis nationibus Dominus patienter expectat, ut eos, cum dies Judicii advenit, in plenitudine peccatorum puniat: Ita ut in nobis statuit, ut peccatis nostris in finem devolutis ita deinde vindicet, propter quod nunquam à nobis misericordiam suam amovet, corripiens verò in adversis populum luum non derelinquit.

CAP. CLXVIII.

Dicitur

Secunda Castri Bartenstein destructione.

Sudovvitæ audientes, quod Barthi, Warmienses & alii Prutheni se fidei & fratribus iterum subjecissent, indignati sunt, & convenientes cum magno Exercitu, improvise obsederunt

Kk 2

Ca-



*Hanno de Sangerhausen VII. Magister Gen. Ord. Teut.
Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Prou. in Prussia.*

Castrum Bartenstein, quod post recessum fratrum Barthi sibi ad usus suos reservaverant, destruxerunt, captis & occisis omnibus etiam in cinerem redegerunt.

C A P. CLXIX.

De

Obsidione Castri Beselede & morte duorum milium Sudovitarum.

Sequenti anno Sudovvitæ, Nadro- *DE FRATRE HARTMANNO,*
vvitæ & Scalovvitæ cum maximo *MAG. GEN. DO. TEUT. VII.*
Exercitu venientes, castrum (a) Be- *Er. Hartmannus de Heldrunge*
seledam, situm in sylva dicta Kerte. *Mag. General. Domus Teut.*
ne juxta Bartenstein, obsederunt, *VIII. hoc tempore (d) fuit, qui*
fortissime impugnantes; Quod cum videret (b) Nomeda Ma-
ter (c) Posdraupoti de genere Monteminorum, ait ad filios suos;
doleo, quod vos unquam genui, ex quo non vultis vitam & gen-
tem vestram ab hostibus defendere; De quibus verbis filius ejus
& alii Castrenses provocati, exierunt ad bellum, & de exercitu
infidelium ultra duo millia occiderunt. Post hæc fratres re-
ædificaverunt castrum Barthenstein, & habitabant ibi usque in
præsentem diem.

A N I M A D V E R S I O N E S.

- (a) In Districtu fuit Barthensteinerisi, ubi adhuc in monte quodam vallum conspicit, tradit Henneberg *in Comment. p. 31.*
- (b) Mamedam vocat Henneb. *loco citato.*
- (c) Jeroschinus habet Poldraupote. Hennebergerus Posdrupts.
- (d) In Chron. antiq. Germ. Bibl. Regiom. in 4. hic Magister Anno MCCLXXIV. electus esse & 8. annis imperasse dicitur.

C A P.

